Quelle: http://manuscripta.at/?ID=37654
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



In Codice signato A. 3. 365.

Mediolani Jacobini Sermones de Sanctis incipiendo a Festo S. Bartholomæi, usque ad festum S. Katarinæ, per quorum festo sunt plures sermones. Codex est membranaceus Chartaceus scriptus 1427. sec. XV. sermones durant per 280. folia. Fol.

Vita seu Historia Turdali. incipit: fuit in Hyberniæ partibus quidam dives nobilis miles Turdalus p. inventionis historia est post sermonem de S. Martino fol. 195. et durat per duo folia. Cod. prior est manus.

Hylyronimi sermo de S. Katarina incipit: non est talis mulier p. durat per duo folia. in fine legere est explicata nomina novem ordinum Chori Angelici germanice. idem Cod. et manus.

Alberti sermo de B. V. M. incipit: Fecit mihi magna p. durat per 2. fol. idem Cod. et manus.

In Codice signato A. 4. 201.

S. Pauli Epistolæ scilicet 1. ad Romanos. 2. ad Corinthios. 1. ad Galatas. 1. ad Ephesios. 1. ad Philippenses. 1. ad Colocenses. 2. ad Thessalonicenses 2. ad Timotheum. 1. ad Titum. 1. ad Philemonem 1. ad Hebræos. durant per folia 93. et med. incipit Epistola ad Romanos. Paulus servus Jesu Christi p. habet quædam Epistola notulas marginales et interlineares. Cod. Chartaceus, habens hinc indo integra folia membranacea, manus est sec. XV. Fol. scriptus enim est 1438.

S. Jacobi Epistola. incipit præfatio: non ita est apud Græcos p. durat per 6. folia. idem Cod. et manus.

S. Petri Epistolæ duæ. incipit prima: Petrus Apostolus Jesu Christi Electis Advenis p. durant per 7. folia et minium. /: æque intexunt notæ interlineares, et membranacea :/ idem Cod. et manus.

S. Johannis Epistolæ tres. incipit prima: quod fuit ab initio p. durant per 5. folia. /: habent notas :/ Cod. idem et manus.

S. Judæ Epistola incipit: Judas Jesu Christi servus durat per folium. idem Cod. et manus.

S. Hieronymi Epistola ad Chromacium, et Eliodorum. incipit: jungas Epistola quos jungit Sacerdotium p. durat per folium membranaceum. idem Cod. et manus.

Liber Proverbiorum Salomonis. incipit Parabola Salomonis p. durat per 19. fol. partim chartac. partim membranaceis /: æque cum notulis :/ idem Cod. et manus.